Potus etiā factus ex dyptāmo de arthimeſia et ſanamundi et auricula muris cū vino decoquē-do valet vulneratis ab intra ſumendo et iſtu potum vulgares reputāt p magno ſecreto et ta-lis potus ab intra vulnerata membra cōſolidat ut experiētia docet. Si puluis diptanni cū ceruſa et parū terpentine miſcendo in modū vngenti q ab extra applicatur vulnus cōſolidat. Itē ad menſtrua puocanda et ad fetū mortuū et ad ſe-cundinā educēdā valꝫ potus factus ex decocti-one dyptanni et arthimeſie et abrotani cū vino et parū mellis deſpumati. Ad idē vꝫ puluis dy-ctanni cū mirra et ſucco arthimeſie miſcendo in modū pēſſarij matrici imponendo qd efficacia magnā hꝫ in puocatiōe menſtrui et aliorū ut ſupᷓ Confert etiā iā dictus potus contra ſtranguiriam et diſſuriā. vel vinū decoctiōis radicis diptanni valet ad idē. Confert etiā vinū decoctiōis radicis diptanni cū ſucco abſinthei contra dolorē ſto-machi ex vſu fungorū factū. Item cōtra frigidū aſma fiat decoctō ficuū ſiccarū in vino et exp̄ma-tur cui miſceatur puluis diptanni. Itē decoctio dyptanni cū ebulo et apio in aqua et cū parum mellis diſpumati cōfert cōtra ydropiſim ex frigi-da cauſa. Itē qn̄ fricatur corpus in balneo cū de-coctiōne diptanni valꝫ cōtra ictericiā. Itē qn̄ ſter-nitur hec herba in domo fugat aīalia venenoſa. platearius pandecta ſerapio.



## Eſula mioꝛ klein wolffwoꝛtz

Eſula eſt calida et ſicca in tercō · cuius radix vſui medicine ꝯpetit hab; virtutē purgandi flecma principaliter et melancoliā · Cōfert eſula contra Febrē quotidianā · ſimilr valet contra artheticaſ paſſiones ſc; cōtra podagrā · cirogrā · et ꝯtra paraliſim · et ꝯtra yliacā paſſionē et ꝯtra ydropiſim ex frigida cā iſto mō · ℞ · radicis eſule radicis petroſilini · ebuli radic̄ acori · an̄ · ʒ · j · ſeminis feniculi ſemis apij ꝛ aniſi · an̄ ʒ · ij · maſticis cinamomi · an̄

ʒ .j. ex hijs fiat decoctõ in aqua lb. ij. et cum ſuero dulcoretur colatũ et fiat ſiropus ſumẽdus ut ſit pria digeſtiuus ⁊ laxatiuus. Et ſi debeat abhor‍reret tale potũ decoquãtur radices eſule cũ carni‍bus recentibꝰ ⁊ vino paſſulis et aniſo et de bro‍dio eius ſumant et valebit ad ſupdictas paſſi‍ones. vel fiat claretũ ex puluere radicis eſule et alijs ſpeciebꝰ ſcꝫ cinamomo galanga aniſo ma‍ſtice ⁊ cẽ. et erit minus abhomiabile et magis de‍lectabile. Et eſula interdicta ſit habẽtibꝰ calidã cõplexionẽ et inducit feb. ẽ potãs eã. et inuenerũt plures tale nocumentũ in eius opacõe. Serapio. Et p̃cipue nocet patiẽtibꝰ emoroidas nã apit venas ani ⁊ inducit fluxũ ſanguis earũ qꝛ vene ille de natura ſua ſũt fluxibiles. Et venas quas apit etiã obſtruit ſua ſtipticitate ⁊ ſiccitate et ſic facit venas emoroidales tumeſcere et ille medi‍cine que laxãt cũ ſtipticitate et acuitate ſic eſula et mirecon faciũt hoc. Serap. ca. de ſtebrau .i. eſu‍la. Itẽ in lacte eſule non eſt aliqua bonitas ymo nocet illi qui accipit ipm. Et medici viatores cũ tali lacte multos hoies interfecerũt ꝓpter pauci‍tatẽ ſcientie ipoꝝ. Et queſitũ eſt ab eis que eſſet medicina quã dabant in potu dicebant lac eſule forte cũ oleo ſiſam.o mixtũ et laxabant ali‍quos uſqꝫ ad mortẽ. Serap. Pandecta Plateař.



**Endiuia. Genſzʒung.**

Endiuia eſt frigida et ſicca in p̃mo. ſemina ⁊ fo-
lia medicine competũt. et folia vſui cibarũ va-
lent et maxime viridia ſunt magne efficacie ſed
ſicca nullius. Et diuretică hꝫ virtutē et virtutem
confortandi et ex frigiditate alterādi. ideo valꝫ
contra opilationem ſplenis et epatis ex cauſa
calida. Et valet etiam contra ictericiam et ſim-
plicem tercianā ⁊ duplicē et cōtra calefactōnem
epatis et calidum apoſtema. ad hec om̄ia valꝫ

talis potus. Rx ſucci endiuie lb. ſ. ſcolopēdrie
cicoree. lactuce' añ. m. ſ. florū violarū. vuarū paſ
ſularū. q̄tuor ſemīnū frigidoꝝ. añ. ʒ. ij. oīa bulli
antur in aqua. lb. ij. ſ. ad ↄſūpcōem quaſi medi
etatis colatū dulcoretur cū zucaro et fiat ſiropus
quo vtatur ad plures vices ut ſup̄ inſinuatum
eſt. Deinde ſumatur reubarbari. ʒ. ij. in infuſiōe
cū aqua endiuie cui cū forti expreſſione addatur
diaſenicōis et caſſiſiſtule añ. ʒ. ij. et fiat hauſtus
laxatiuus. Deinde ſumatur triaſandali vel ↄſer
ua violarū p̄ ↄfortatiuis. Sed ab extra obuian
do huic diſcraſie valꝫ epithimare regionē epa
tis cū aq̄ endiuie cui parū de ſandalo rubeo im
ſceatur p̄ dictam abox ac potuū āmiſtracōe
ſumātur cibaria ad frigiditatē declināta ut ſut
ſorbella de ordeo ꝛ zucro. vel pultes de farina or
dei cū zucro et parū aceti miſcendo et cancrorum
vſus cū aceto decocti ↄfert. et aqua ordei cū zu
cro albo decocta ↄfert loco potus et ita obuia
bis p̄dictis diſtraſis. Itē aqua endiuie cū ceru
ſa et aceto eſt mirabile epithima ſup membra p̄
ternaturaliter calefacta. Ex aqua etiā endiuie et
ſucco altee cū parū croci fit vnctio optima ad
podagrā Itē lac quidā endiuie cū thucia mixtū
abſtergit albuginē oculi. Itē fit ex aqua endi
uie et farina ordei cū parum croci emplaſtrū tre
mori cordis et confortat cor. Amē.



## Eupatoriū wil ſelbe odˀ hertzcle

Eupatorium eſt calidū in p̄mo et ſiccum in ſcd̄o idem eſt q̄ ſaluia agreſtis valet ↄtra vniuerſa= lem paraliſim ⁊ pticularem. Contra v niuerſalē talis cōfert potus. ℞. ſucci eupatorij ſaluie. an̄. lb. j. p̄mule veris. origani. maiorane. an̄. m. ſ. ca= ſtorei cinamomi. an̄. ʒ. ij. fiat decoctio cum zucro albo dulcorādo de qua ſumatur mane et ſero te= pide ādminiſtrando p qualibet vice in quātitate medij ciphi quo potu conſumato. Recipiantur

pillule ſequentes. ℞. maſſe pillularũ de euforbio ʒ. ij. maſſe pillularũ fetidarũ. ʒ. j. turbit. ʒ. ſ. zin beris. ʒ. iij. miſce malaxando cũ ſiropo de ſticas dos et fiant pillule. vij. uel. ix. Quibus pillulis ſũ ptis ſumatur diacaſtoreũ vel dyanthos nicolai ꝓ cõfortatiuis. Item cõtra ydropiſim et ycteri ciam ex cauſa frigida ſi fiant ex opilacõne ſple nis et epatis talis cõgruit potus. ℞. eupatorij ſalvie ebuli. añ. m. j. ſemmiũ apij. femcli petroſili ni. añ. ʒ. ſ. om̃ fiat bulicõ in vino et cũ zucro fiat ſiropus ſumẽdus ut ſup̃. Deinceps ſumãtur pil pillule de meſerion. Et poſtremo recipiãtur dia laca vel electuariũ ducis ꝓ cõfortatiuis. Itẽ de coctio eupatorij et abrotani valet in alopicia et tinea capitis inde lauando. Item ſuccus eupato rij cũ ſucco lapaci acuti et fumi terre cũ oximel le miſcendo cõfert ſcabiei et pruritui q̃n potatur cũ aqua ſcabioſe. Et ſuccus eupatorij cum ſucco lapaci acuti cũ auxugia veteri porci et parũ ſa lis omnibus mutuo miſcendo cũ parũ ſulphuris ſi placet in modum vnguenti quo vngatur locus ſcabioſus et multũ ꝓdeſt. Item vinũ decoctõis eupatorij cũ abſintheo et parũ ſucci confert fe bribus cronicis et antiquis et ſi addatur aſſarum valebit eo melius. Cõfert etiã loco potus vinũ decoctõis eupatorij et aniſi doloribus et vlceribus inteſtinorũ. Amẽ.



## Enula. Alant.

Enula cuius radix ꝑſtat iuuamentum in medici-
nis eſt calida et ſicca in ſcd̄o gradu et in ip̄a eſt
aliqualis humiditaſ ſupflua. ꝓpter hoc nō cale
facit corpus ſtatim qn̄ ei o ccurrit. Confert oīb9
leſionib9 et doloribus frigidis ꝛ inflacōnib9 ven-
toſitatum. Confert etiā dolori ꝓueniẽti ex con-
tuſione lacertorū. hijs omibus ſuccurrendū erit
cū emplaſtro facto ex decoctōe radicis enule et
yreos et radicis altee cū paruꝫ olei lini miſcendo

et p̄dictis locis exhibendo et attriſa abſtur ipis·
Confert etiā oībꝫ p̄dictis de cauſa frigida po-
tus ex enula factus cū radice yreos et ſemine a-
niſi cū pari mellis deſpumati miſcendo· Confert
etiā p̄dictū emplaſtrū ſciatice et dolori iuncturarum·
Prefatus etiam potus auxiliū preſtat mū-
dificando pectus ⁊ adiuuat ad expuendū ſeu
excreandū humorē flegmaticū in pectore peccā-
tem et valet ɔtra tuſſim et eſt bone opacōis qñ
ei admiſcetur diapris ſalomonis· Et vinū deco-
ctionis enule cū cinamomo et galanga miſcens
do cōfortat ſtomachū infrigidatū et cor. Amē
caplo de enula· Et enula eſt duplicis manerie
ſcꝫ ortulana ⁊ campeſtris De ortulana mens hic
verſatur· Et vinū decoctōis enule cū parū ſuc-
cari mixtū cōfert ſpūalibꝫ membris ſeu cordiali-
bus· Iuxta illud· Enula cāpana reddit p̄cordia
ſana Contra dolorē ſtomachi ⁊ inteſtinorū ⁊ ɔtra
yliacā et ſtranguriā ⁊ colicā paſſiones vꝫ talis
trageā ex frigida cauſa intelligendo ℞· enule cā-
pane cinamom· añ· ʒ· ii· galange aniſi liquiricij·
añ· ʒ· ſ· radicis yreos· zinziberis· añ· ʒ· ſ· macis· ga-
riofilorū nucis muſcate· añ· ℈· i· oīa pulueri-
zentur et cū ſufficiēti zuccaro albo miſceātur et fiat
tragea· Itē qñ bibitur decoctio enule cū ſemine
ſparagi et mlie folijs, puocat vrinā et menſtrua
Pandecta Serapio ⁊c·



## Epatica  Lebberkrut

Epatica frigida eſt et ſicca in p̃mo g̃ du. Eſt herba iuxta aquas creſcens in lapidibꝫ humidis. Et valet cõtra viciũ epatis vnde denominata ē. Et valet cõtra calefactionē epatis et cõtra ycte riciã. detur aqua decoctionis epatice et endiuie cũ zucaro miſcendo. Et cõtra eaſdem paſſiões et principaliter contra febrem tercianã cõtinuã vel interpellatã vicio epatis exuberãter calefacti vel apoſtemati fiat ſiropus talis q̃ maiorē

pſtat incolumnitatē predictis diſtrahis. ℞. ſucci
coꝝ epatice·endiuie·lactuce·an̄·lb·j·florum vi
olarū·vuarū paſſularum·an̄·℥·ſ·prunoꝝ dama
ſcenorum numero·vij·oīm fiat bulitio ad cōſūpcōnē
medietatis·coletur et colatum dulcoretur cū ſuf
ficiēti zucro albo et fiat ſiropus mane et ſero ſu
mendus ꝑ qualibet vice in quātitate·℥·iiij·quo
ſiropo cōſumpto ſequēs formacia ſumatur·℞
electuarij de ſucco roſar·℥·ſ·reubarbari·℈·j·ſpi
ce ℥·iij·caſſie fiſtule extracte·ʒ·iij·teritur reubar
et ſpica et miſceātur cū ſupiore ſiropo·℥·iij·et fiat
hauſtus tepide ſumendus·Deinceps ſumatur
triaſandali vel cōſerua violarū ꝑ cōfortatiōe
Et ab extra epithimet̃ regio epatis cū aqua en
diuie cui admixtū ē pulvis ſandali rubei·ʒ·ij·et
·ʒ·ſ·ſpodij pulueriſati cū panno lineo in eo hu
mectato applicetur epati pluribꝰ vicibus·Item
epatica et ſtolopendria ꝛ endiuia in aqua cocta
cū parū zucri dulcorato valet cōtra opilacōnē
ſplenis et epatis ex cauſa calida·Valet etiā con
tra omnem egreditudinem epatis et contra eius
apoſtemata calida·Predicte herbe cōquaſſate
et ſuppoſite epati cōfert in principio apoſte
matis repercutiēdo·Eadē emplaſtracō applicata
matrici abſcindit eius menſtrua·Similr appoſi
ta calido apoſtemati ſedat eoꝝ calefactōem.



## Elleborus albꝰ wiſz niſzwortz

Elleborus albus calidus ē et ſiccus in tercō cu-
ius due ſūt ſpēs ſcꝫ albus ⁊ niger. albus dꝛ q̃
eius radix exiſtit alba vel albū humorē ſcꝫ flec
maticū purgat. et nigra dꝛ q̃ nigrū hūorez vel
melancolicū purgat. Et cū in medicinis reperi-
tur eius radix in receptis intelligitur. Et hic ꝓ-
prietates ellebori albi ponimus. Antiqui au-
tem vtebantur elleboro albo in purgacōnibus
ſicut ēt nos nunc vtimur ſcammonea quia

tūc erant corpora fortiora et eius violentiā pos
terant ſuſtinere. Nūc autē corpora hūana debi-
liora ſūt et elebori albi violentiā tolerare non
pnt vnde cū ſūma cautela moderno tēpore dan-
da ē medicina elleborata. vñ debilibꝫ ac macilē
tis elleborus ꝑcipue albus ⁊ ſtrictū pectus ha-
bētibꝫ nō debet dari q2 cū violentia vomitum
ꝓuocat et ſimilr̄ p ſeceſſum violēter purgat. ſꝫ
flegmaticis facile vomentibꝫ et pinguibꝫ pt da-
ri. Item infuſio ellebori albi p noctē in aqua fe-
niculi que miſceatur cū oximelle valebit multū
febri quotidiane de flegmate vitreo. Idem con-
fert aduerſus arteticā paſſionē et podragam et
cirogam et cōtra paraliſim. Oximel eſt decoctio
facta ex aceto et melle. Confert etiā ab extra ap
plicare decoctōnem ellebori albi cū origano em-
plaſtrata membris paleticatis vel arteticā paſſi
onē pacientibꝫ cū parū almuri admiſceatur de
aqua ſalſa ex piſcibꝫ ſale cōditis extracta ut eſt
aqua qua allecia odiri būt. Item puluis ellebori
albi mixtus cū ſucco pſicarū vel oleo amygdala-
rū amararū auribꝫ inſtillatus valꝫ ꝯtra vermes
aurīū. Itēꝫ ellebori albi decoctus in lixiuio quo
abluatur caput valꝫ ꝯtra pediculos ⁊ furfures
Itē ꝯtra ſcabiem valꝫ vngētū factu ex elleb. al.
et litargio et oleo comū ⁊ aceto. pandecta. ſera
rapio plataearius meſue. ⁊c.



# Elleborꝰ niger ſwarcz niſzworcz

Elleborus niger calide, ꝛ ſicce exiſtit ꝯplexionis
et ſi debite ꝑparetur totū corpus rectificat et bo
num colorem dat ſanguinē bonificat͛ qꝛ ſoluti-
uus eſt melancolici humoris. Et rectificat͛ ſi im
mittatur galline et cū ea bulliatur et addatur fe-
niculus et illud brodiū magnū ꝑſtat iuuamen-
tum. Item decoctio ellebori nigri valet ad cutis
defedationē. Itē puluis tam albi q̃ꝫ nigri ellebo
ri corrodit carnē putridā in vlceribꝫ putridis.

Puluis eni ellebori nigri mixtus cū melle valet
applicare fiſtulis et in tribꝰ diebꝰ poſſibile eſt ſa-
nare eam Pandecta. Uterq; elleborus tā albus
q̄ niger ſūt abſterſiue virtutis ideo cōueniūt in
morfea et lepra et ſcabie ſcʒ decoctio ellebori v-
triuſq; in ſucco lappacij aceti cū litargiro et pa-
rum mellis miſcēdo. Acetū decoctionis vtriuſq;
ellebori cōfert dolori dentiū os tepide abluendo.
Et in tali decoctione miſceantur piſa vel frumē-
tum et ꝓiciatur colūbis in cibo occidit eas. Itē
elleborus niger eſt ca. et ſic. in tercio Pandecta.
Et eſt ſubtiliatiuus ſolutiuus melancolie hūo-
ris et corroſiuus carniū putridaꝝ in vlceribus
Et dicitur ꝙ qñ naſcitur elleborus niger apud
radices arboꝝ ſūt fructus illius arboris ſoluti-
ui. Contra vermes aurium puluis ellebori nigri
miſceatur cū ſucco abſinthei et guttatim et tepi-
de auribꝰ inſtilletur et cōfert. Itē infuſio radicis
ellebori nigri cū ſemine feniculi aut petroſilini
in aqua ſcolopendrie cū paruo vini miſcendo co-
letur et ſecetur ꝑ ventrē purgat. purgatio illa
melancolicis epilenticis arteticis et paliticis
medicatur. Et peſſariū factū cū melle et elleboro
nigro menſtrua ꝓuocat et aborſū facit Pande-
cta. Iohānes meſue dicit albū elleborū debere vi-
tari ꝙ ſuffocatiuus et venenū corpori.



# Ebulus atich

Ebulus eſt calide et ſicce cōplexionis. q̄ꝫ virtus eius deſiccat et incarnat et reſoluit reſolucōne tē-perata. Eius radices et folia ſunt ea que in via medicine valēt. Jtē multum reſoluit et aperit ideo prouocat menſtrua. fiat fumigatio cum e-bulo et arthimeſia et abrotano in vino deco-quendo circa matricem applicando. Jtem ebu-lus valēt contra podogram inflatam vel alia membra inflata ex materia flecmatica.

℞. ebuli florũ camomillarũ mellilotí añ. ℥ j. furfuris tritici. m. ij. bulliantur in lixiuio et cũ eo ter aut quater in die lauentur pedes aut ps inflata et confert. Succus etiã ebuli cũ aqua ſalſa valet cõtra artetica et cirogram et podogram ab extra applicando. Cõfert etiã vinũ decoctionis radicis ebuli ſeminũ feniculi petroſilini et apij ydropiſi de frigida cauſa. et in tali diſcraſia eximium remediũ eſt Pandecta capl'o de ebulo. Item ſuccus ebuli in aures immiſſus ſonitũ earũ cõpeſcit. et vermes auriũ cũ ſucco abſinthei miſcendo occidit. Succus ebuli morſibꝰ venenatis occurrit. Et ſanguinẽ et lac cõgelatũ ſoluit. Et ſanguiſugas occidit ſuccus ebuli bibitus. Et vinũ decoctionis eius cũ liquiricia tuſſim antiquã cõpeſcit. Et ſquinãtiis ſingularẽ pſtat effectum. Succus ebuli cũ aqua plantaginis cũ parũ piretri et parũ mellis roſati miſcẽdo in modũ gargariſmi. idem ꝓhibet reuma fluere ad guttur. Cõfert etiã item ad dolorẽ dentiũ os abluendo. Item ſubuenit vuule pendenti. Item aqua decoctionis radicis ebuli cũ ſcolopendria ſpleneticos mire iuuat. Et vinũ decoctionis eiꝰ et apij calculoſis ꝓdeſt Pandecta.



## Edera terreſtris gūderele

Edera terreſtris quantū ad eius folia. vſui medi
cinē cōpetit. Item folia eius cū aceto cocta cum
folijs altee et radice acori ſplenē tumentem atte
nuat Iſto modo diſpenſando. ℞. ſucci edere ter=
reſtris ſucci ſtolopendrie aā. lb. ſ. radicis altee
farine fabarū radicis acori aā. ℥. ij. oīa ꝯtuſa bu
liantur cū ſuccis et parū aceti quo emplaſtretur
ſplen tumefactus et cōfert. Sed ab intra ſumēdo
confert ſequens potus tumefactiomi ſplenis et

omniū opilationū ſplenis et alīs diſcraſiis facio
ſplenis ꝑuenientibꝫ ut febris quartana ydro-
piſis yctericia nigra a cauſa frigida. Rꝫ. ſuccorū
erbe terreſtris ſcolopendrie an̄ lb. j. Foliorꝫ ex-
tremitatū abſinthei. aſari. florꝫ centauree an̄ m.
ſ. florū boraginis vuarū paſſularꝫ. Foliorū ſene
an̄ ℥ ſ. epithimi cuſtute femnnū aniſi. apii fem-
culi. petroſilini. radicū bruſci ſpargi an̄ ʒ. ii. liqui
ricie ℥ j. ſ. omniū fiat bulitio cū lb. j. vini albi et
parū aceti ad cōſumptionē fere medietatis co-
letur et dulcoretur cū ſufficienti zucro et fiat ſiro
pus quo vtatur tepide mane et ſero ꝑ qualibet
vice in quantitate medii ciphi. vel ℥ iii. ſ. quo cō
ſumpto ſumatur tale purgatiuū. Rꝫ. electuarii
hamec meſue. diaturbit. diaſene an̄ ʒ. ii. caſſie ex
tracte ℥ j. ſ. miſce cū ſiropo iam dicto et fiat hau
ſtus. Sed ꝑ cōfortatiuis ſumatur diacorus vel
diacappere vel diacalamentū. poſtremo applice
tur emplaſtrū p̄dictū ſup̄ ſplenē tepefactū pri-
mo regionē ſplenis vngendo cū vngento dial-
tee deſup applicando emplaſtrū. Item ſuccus ede
re naribꝫ infuſus purgat caput et dolores capi-
tis mitigat. Et ſuccus cū herba auri dextre infu-
ſus ſiniſtro denti dolenti medetur. Item decoctō
edere in lixiuio cū corticibꝫ nucū nondū matura
rum nigreſcit capillos. Pandecta.



# Edera arborea ebich

Edera arborea ab herendo eſt dicta eo ꝙ arbo-
ribus adhereat. vel dicitur ab edo qꝛ a capris
editur et ipīs lac multiplicat. Radix eius frigi-
de eſt nature et. frigidam inducit eſſe terrā vbi
creſcit. virorē ſeu viriditatē diu ſeruāt folia eiuſ
Et ē amari et ſtiptici ſaporis. Edere autē due ſūt
ſpēs ſcꝫ alba et nigra ſiue maſculus ⁊ femia. Ede-
ra alba fructū defert albū. et nigra nigrū. et edera

coronari ſolebãt poete in ſignũ viuacis ingenij
et ſubtilis. Unde albertus magnus alexander ſu
os milites coronauit. Eſt autẽ talis edera arbor
ut dicit plinius multũ in altũ ſe extendens ꝙdo
inuenit arborem vel murũ ꝑ quẽ ſerpit radicoſa
ſeu ramoſa habẽs folia interciſa ꝛ anguloſa gra
uis odoris et amari saporis ſub cuius umbra la
tent vermes. Edera quãuis ſit amara utilis eſt
medicine. Nam virtus ei ineſt ſtiptica et cõſtric
tiua ideo diſinteriis medetur. Itẽ ſuccus eius
mixtus cũ oleo amigdalar; amararũ auribus im
miſſus iuuat cõtra ſorditatẽ. Item ſuccus nari
bus inſtillatus caput purgat. dolorẽ eius miti
gat. Et cõtrarijs eſt cõpoſita et ideo in cauſis cõ
trarijs operatur ꝓpter quod virtutẽ habet maturati
uam attractiuã mũdificatiuã et mitigatiuã. ideo
hircus nutritus edera arborea eius ſanguis ac
quirit ꝓprietatẽ diureticã ad frangendũ calculũ
in renibus et veſica. Eſt autẽ quedã ſpẽs edere ſu
per cuius folia ros inuiſcatur ac in laudanũ cõ
uertitur. cuius virtus magna a medicis exiſtit.
Nã fumus eius menſtrua ꝓuocat et educit et ſe
cundinas expellit. Serapio.



# Fumus terre ertrauch

Fumus terre calidus eſt et ſiccus in ſcďo gradu Pādecta· et dicit᷑ fumus terre q̄ꝛ gn̄atur a fumoſitate g̃roſſa a terra reſoluta et ſupficiei terr̃e adherens· Et quāto viridioꝛ tāto efficacioꝛ ēxiſtit et exſiccata nullius v̓tutis. principaliter purgat melancoliā· ſcďo flecma ſalſū et colerā· et eſt diureticū· Unde decoctio eius cū alijs appropriatis valet lepr̄oſis et ydropicis de frigida cauſa· ℞· ſucci fumi terre· lb· j· extr̄emitatū abſinthei floꝝ

centauree florū boraginis añ· m· ℥· radicis eſule
polipodij radicis ebuli añ· ʒ· j· cuſcute epithimi
foliorum ſene añ· ʒ· ℥ ſeminū feniculi petroſilini le
uiſtici apij mirabolonorum kebulorum indorum añ· ʒ· ij
liquiricie ℥· j· omnia groſſo modo cōtundantur et
bulliantur cū aqua ſimplici· lib· j· ℥· cū parū aceti
ad cōſumptionē medietatis coletur et dulcore-
tur cū zucaro et fiat ſiropus qui ſumatur mane et
ſero tepide ꝑ qualibet vice in quantitate medij
ciphi· Quo cōſumpto ſequentes pillule ſuman-
tur· ℞· maſſe pillularum de iſerion· ʒ· ij maſſe pil
lularū de fumo terre· ʒ· j· turbit ʒ ℥· granorum co-
conidij numero· v· zinziberis ℈· ij miſce malax
ato cum ſiropo de fumo terre et fiant pillule· ix·
Poſtea ſumatur dialacca vel diacoſtū vel dia
coros ꝑ cōfortatiuis· Confert etiā ſuccus fumi
terre cū ſero caprino cū mirabolonis miſcendo
ꝑdictis paſſionibus· Item ſuccus fumi terre cui
miſceatur puluis milij ſolis vel ſaxifrage et cō
fert ꝓuocando vrinam· Item ſuccus fumi terre
valet ad putrefactionē oris et gingiuarū os cū
eo abluendo· Item ſuccus fumi terre cū zucaro va
let ad opilationem ſplenis et epatis de frigida
cauſa· Itē ſuccus fumi terre cū ſulphure et oleo
lauri valet cōtra ſcabiem Pandecta Platearius·



## Feniculus fenchel

Femiculus eſt calidus et ſiccus in ſcđo gͣdu. Vir
tutem habet diureticā. Semen et folia et radix
eius vſui medicine cōpetūt. Item aqua femicu=
li ſua ꝓprietate clarificat oculos cū thutia et la=
pide calamnaris pulueriſatis miſcendo fiat in=
de colliriū. Vnde ſerpentes exeūtes de cauernis
habentes malos oculos vadūt ad femiculum.
Item ſemen femiculi vel radix vel folia eius cō=
meſta facit mulieribus augmentare lac.

Item decoctio ſeminũ vel radicis feniculi cũ ſe
mine petroſilini et uuli foliis et ſaxifrage in vi=
no ꝓuocat vrinã et menſtrua. Itẽ vinũ decocto
nis feniculi et bruſci ſpargi ſeu iſtici cõfert opi=
lationi ſplenis et epatis. Item eſt reſolutiuũ vẽ
toſitati. Item cõtra morſũ animaliũ venenoſoꝝ
valet decoctio feniculi cũ cepis in modũ empla
ſtri loco applicando. Item valet cõtra morſũ ca=
nis rabidi. Itẽ vinũ decoctionis feniculi et men
te digeſtiuã cõfortat et nauſeã ſedat ex cã frigi
da ꝓueniente. Itẽ vinũ decoctionis feniculi va
let difficulter vrinantibꝫ et cõtra ſtranguriã et
diſſuriã ⁊c. Itẽ vinũ decoctionis feniculi cũ ra=
dice hermodattuli et radicẽ eſule cũ zucaro miſcẽ=
do cõfert cõtra ydropiſim ex frigida cã. Itẽ ſuc=
cus feniculi ſoli expoſitus p. xx. dies valet con=
tra pannũ vel maculã oculoꝝ. Et cõtra coꝝ ocu
loꝝ pruritũ certũ eſt remediũ. cõficiatur parum
aloepatici cũ ſucco feniculi et ponatur in vaſe
eneo ad ſolem ad. xx. dies et ponatur in oculis
more colirii Platearius. Item feniculi vſus fre
quens confert eſt digeſtionis licet cõferat nauſie
et inflationi ſtomachi tamen malũ pſt ſe nutri=
mentũ Auicẽna capitulo de feniculo. Itẽ in febribꝫ
cronicis ſeu inueteratis valet aqua decoctionis
feniculi petroſilini et radicis eſule cũ parum ſuc
cari miſcendo. Pãdecta Platearius Auicẽna.



# Fragaria                    erper krut

Fragaria eſt frigide cõplexionis. Valet contra apoſtema gutturis iſto modo. ℞. ſucci fragarie et aque plãtaginis an̄. ʒ. iiij. mellis roſati. ʒ. j. ſucci moroꝝ celſi. ʒ. ſ. albi greci balaſtie an̄. ʒ. j. fiat inde cũ parũ aceti gargariſmus. Item aqua decoctionis fragarie valet cõtra ſudorem et calorem Et ſi in tali decoctione fragarie diſſolueretᷣ dragantũ valet cõtra ſitim. Cõfert etiã vinũ decoctionis fragarie et ſemis petroſilini ꝛ ſaxifrage

contra calculum de tali potando. Item ſuccus fragarie cũ melle roſaꝫ valet ad vlcerationem oris. Et fragaria ſumpta cum boragine in cibis generat bonũ ſanguinem. Succus etiã fragarie cum cinamomo ſumptus valet cõtra fetorẽ oris Item valet ꝓ dolore capitis et ꝓ corde. Itẽ oleꝛa facta ex folijs fragarie et bleitis et boragine cum vuiſpaſſulis valent contra ethicam. Et ſuccus fragarie cũ folijs fraxini mutuo decoctam modũ emplaſtri valet contra fracturam cruris quia conſolidat. Item emplaſtrũ cum folijs alterius incorporatũ otra cõtuſionẽ in corpore in mẽbris a caſu vel pcuſſione factam multũ ꝓdeſt. Item omnia vulnera cum ſucco fragarie linita cõſolidat. Et ſi quis fuerit leſus quantũ ad mẽbra interiora ſuccus fragarie cũ ſucco conſolide minoris mixtus ↄſolidat vulnera ibidem diſcõtinuata ſi ſumatur in potu. Prodeſt etiã mulieribus contra nimiũ fluxũ menſtruorũ cum ſucco plantaginis mixtum.



## Fraxinus Eſchenbaum

Fraxinus frigidus et ſiccus in ſcdo. Virtus eius
eſt que cū fuerit recens cōglutinat vulnera re-
centia. Et aqua in qua folia recentia fraxini cū
radice eius ſint cocta in modum emplaſtri con
fert fracture oſſium ipſa conglutinando et con
ſolidando. Itē vinū decoctionis corticis fraxi-
ni et cortici tamariſti datum in potu infallibili-
ter ſplenem attenuat. Nam res probata eſt quod
ſi detur porcello bibere aliquibus diebus et

interficiatur minimũ inſuemeb ſpſenem Pande
cta caplo de fraxino. Item valet cõtra diſſinterã
et lienteria et fluxũ ventris aqua pluuialis de
coctionis corticis fraxini et ſeminis plantagi
nis. Et ex tali decoctione fiat fomentũ cũ ſpon
gia ſup inteſtina valet ſimiliter contra pdictas
paſſiones. Item applicatũ cum ſpongia ſup ſto
machum addendo parũ aceti valet cõtra vomi
tum ex debilitate virtutis cõtentiue. Item ex ci
neribꝫ corticũ fraxini ⁊ ſucco lappacij acuti cum
parũ olei laurini et parũ argenti viui mutuo mi
ſcendo in modũ vngenti qđ valet ſcabioſis. Itẽ
℥ j. ſ. puluens corticis fraxini cũ vino miſcendo
purgat flecma Serapio caplo de fraxino. Et bu
miditas que reperitur in capitibꝫ que in pricipio
naſcitur in ramis qui apparent ſilimatur facies
cũ ea humiditate abſtergit maculas fedas fa
ciei. Et ex illa exſiccata humiditate generantur
animalia que aſſimilantur cimicibus. Itẽ folia
fraxini cõtra venenũ ſũt vtilia. Nã ſucco expſſo
et potui dato cõtra ſerpentes ſeu venenũ ſimiũ
opiferũ eſt. Et tantã habet virtutẽ ut ſerpentes
eius vmbrã matutinã vel veſptinã nõ attingit
Qđ ſi inter ignẽ et folia fraxini ponatur ſerpẽs
in ignem plus q̃ in fraxinũ fugient bartholo
meus anglicus dicit de pprietatibꝫ rerum.



## Grana ſolis ſteynbrech

Grana ſolis·i·miliū ſolis eſt calidū et ſiccū in ter
cio· eius ſemen eſt maioris efficacie et albū rotū
dum et lapidoſū·naſcit᷑ in locis aſperis et altis
Virtus ſeminis eius eſt ꝓuocatiua vrine et fra
ctiua calculi·ideo vinū decoctionis milij ſolis et
ſeminis feniculi petroſilini ꝓuocat vrinā et frā
git lapidē. Sed fiat potus inde qui melioris eſt
efficacie·℞·ſucci milij ſolis aquaꝝ feniculi· pe-
troſilini añ·lb·ſ·ſeminum mi'ij ſolis·ſaxifrage·

alkakenge apij añ.ʒ.ſ.radicũ bruſci ſpargi añ.ʒ.ij ſeminis meloniũ ſanguinis birci an.ʒ.j.omnia cõtuſa bulliantur in vino.lb.j ſ.ad cõſũptionem fere medietatis colatũ cũ zucro dulcoretur et fiat potus mane et ſero ſumendus. Itẽ vinũ decoctionis milij ſolis vel pulvis milij ſolis in cibis mixtus ſolvit ſtrangwiriã et diſſuriã et ſimiles paſſiones. Serapio aũctoritate raſ. quod pulvis milij ſolis mirabilis eſt in ꝓuocatione vrine et mẽſtrui et frangit lapidem in renibus et veſica quocunque modo ſumatur. vel in via cibi aut decoctionis aut tragee. Itẽ tragea cõmunis exhibita cibis mixta cũ milio ſolis miro modo cõferre habet tum in ꝓuocando vrinã tum in purgando menſtrua et frangendo calculũ in renibus ac veſica. Rx ſeminũ milij ſolis. ſaxifrage alkakenge ſeminis ſpargi apij et melonis añ.ʒ.j. cinamomi gariofilorum macis galange ſanguinis hirci añ.ʒ.ſ. zuccari albi quartã.lb. miſce et fiat tragea in vino ãministrãda vel in via cibi. Et melius valebit ãministrare trageam ĩ pe neceſſitatis in balneo aque dulcis cũ aqua feniculi vel raſſam matorum Et in aqua balnei ſint cocte tales herbe ut puta abſinthiũ. Feniculus petroſilinũ. tanacetum flores camomillarũ Platearius Pandecta Serapio ⁊c.



# Galletricum Scharlach

Galletritu alio nomine ceptrum galli. calidū eſt ſiccum. De ꝓprietate galletrici eſt purgare matricem potum inde faciendo. ℞. ſucci galletrici. ſucci arthimeſie an̄. lb. abrotani. ſeminū feniculi aniſi petroſilini an̄. m. ſ. cinamomi galāgi an̄. ℥. j. omnia bulliantur in vino ſufficienti ad conſumptionem medietatis. colatum dulcoretur cum melle ſpumato et fiat potus ſumendus

mane et ſero ad placitũ quo potu cõſumpto ſe
quens cufornatũ cõferre habet. ℞. gere pigre
galieni ʒ. iij. diafeniconis ʒ. j. caſſi extracte ʒ. ſ.
miſce cũ p̄dicto potu et fiat hauſtus. Deinceps
ſumantur diambra vel electuariũ de gẽmis vel
pueri regal pro confortatiuis. balneũ etiã aque
dulcis cũ ſuis herbis appropriatis poſtremo
conferre habet matricẽ mũdificatã a ſuis fecib9
magis aptando ad eius cõceptionẽ. Herbe cõ-
uenientes matrici in balneo ſint melliſſa matri-
caria arthimeſia gallitricum yſopus origanum
menta ꝛc. Item poſt balneũ fumatur ʒ. j. de me-
tridato cũ aqua arthimeſie et in p̄ſenti caſu mul
tum valebit. Et aliis diebꝫ fiat fomentũ cũ de-
coctione gallitrici arthimeſie et matricarie ꝛc̄
in vino cocta matricem inde fomentando iſtud
crebre fiat. et eo melius aptabis matricẽ infri-
gidatam ad potentiam cõceptionis. Et ad ci-
bos miſceatur pueri regal vel tragea cõis ꝑ cõ
fortacõne ſtomachi ꝛ alioꝝ mẽbroꝝ Platean9



# Garioffilata Garioffel crut

Garioffilata calida eſt ꝛ ſicca in ſcđo. et iſta her
ba magnā habet efficaciā ſcđm folia maiorē q̄
ſcđm radices. Unde folia nō radix in medicina
poni debent et recentia maioris ſunt virtutis q̄
exſiccata. Habet autē virtutē diſſoluendi cōſu-
mendi aperiendi. Et garioffilata dicit᷑ quia hab3
odorē ſimilē garioffilis. Fomentū factū ex vino
decoctionis garioffilate ꝛ galletrici ꝛ arthime-

ſie menſtruū ꝓuocat. Et ſuppoſitoriū vel peſſa
num factum ex ſucco garioffilate et archimeſie
cū mirra miſcendo valet ad idem matrici appli
cando. Itē vinū decoctionis garioffilate et men
te cū galanga miſcendo valet ad cōfortandū di
geſtiuā et cōtra dolorem ſtomachi et inteſtinoꝝ
et contra ventoſitates ex frigiditate. Item vi
num decoctionis garioffilate et coriandri ꝑ pa
rati valet in doloribꝫ capitis ex vētoſitate ex ſto
macho ꝓuemente. Item garioffilata ſua aroma
ticitate emendatur in paſſionibꝫ cordis. Vinū er
go decoctionis garioffilate cū cinamomo ⁊ ma
cibus miſcendo valet cōtra cordis diſcraſiā. Itē
ſuccus garioffilate mixtus cū parū viridis eris
fiſtulis iniectus curat eas. Itē vinū decoctōis
eius et cimini et ſcabioſe cōfert in colica et yliaca
paſſionibꝫ. Et ſuccus garioffilate cum aqua
plātaginis miſcendo eſt ſiccatiue virtutis et ſcōm
ventrem reumata ſufficienter ſiſtit. Pandecta
capitulo de garioffilata.



## Genciana Entien

Genciana calida eſt ĕt ſiccā in ſcđo gradu. cuius herba eodem nominē appellatur· Et eius radix vſui medicine cōpetit· Vnde radix non herba in medicinis ponitur. Et genciana multam habens amaritudinē bona eſt. et paruam hābens amaritudinem abicienda eſt· Habet enī virtutē diſſoluendi conſumendi et attrahendi et eſt diureticum. Vinum decoctionis eius radicis·

et radicis yreos cū liquiricia valet cōtra inueteratū aſma. Ad idem valet emplaſtrū factū de puluere genciane et radic. yreos cū melle miſcendo pectori applicando. vel vngatur pectus cū vngēto dialtee cui miſceat' puluis radic. yreos et magnū pſtat ꝑſidiū. Item epilenticis ofert puluis genciane cū aqua maiorane. Et puluis eius datus cū ſucco mente in potu ꝓdeſt morſui animalū venenoſoꝝ. Et puluis genciane mixtus cū ſucco cepaꝝ valet cōtra morſū reptiliū animaliū vulneri ſupponendo. Item puluis genciane cū puluere abrotani cū ſucco arthemiſie et parum mellis fiat peſſariū matrici ſupponendo ad ꝓuocandū menſtruū fetū mortuū et ſecundinā: miro modo cōferre habet Platearius. Et virtus eius magna exiſtit aperiendo opilationes. Et quando ſumitur ſuccus genciane vel aqua decoctionis eius cū cinamomo ꝓdeſt dolori lateris et torſioni neruoꝝ et eoꝝ corroſioni et dolori epatis et ſtomachi. Et puluis genciane mixtus cū puluere aloepatici curat vlcera corroſiua et fraudulenta. Et ſuccus abrotani cū puluere genciane mixtus aufert morpheā albā. Serapio Pandecta.



# Geneſta Ginſt

Geneſta eſt frutex cali de et ſiccē cōplexionis in ſcd̄o gradu· et ꝓducit flores citrini coloris ſiles figure lune· Et ſeen eius eſt calidus· Et in flore eius et ſtipite eſt humiditas ſupflua cū virtute inſtiſiua quare multiplicat vomitū· Et ſunt omnes ꝑtes eius cōturbatiue inſtiſiue ſubtiliatiue et ꝓuocatiue· Nocet ſtomacho ⁊ cordi· et cū melle roſ tollitur eius nocumentū et cū maſtice;

Semen autē eius ꝓpinandū eſt cū aqua mellis
roſatū aut cum ſemine aniſi aut feniculi et aufe
rat nocumentū florū vel ſeminū geneſte. Et flos
geneſte decoctionē mediocriter ſuſtinet. ſemen
autē eius plus ſuſtinet. Eſt autē alia que vocat
geneſtra frigide ꝛ ſicce cōplexionis ſilis geneſte
ſupiori ſed minor eſt et habet ſtipites minores
et anguſtiores et albū florem facit Pādecta hec
dicit capitulo de geneſtra. Et diaſcorī. ſiſi capi
tulo dicit ꝙ ſemen geneſtre et flos bibitus cum
mulſa humores vomitibꝰ purgat. Johēs meſue
dicit p vomitū et p ventrē educit flecma et per
iuncturas ſoti motionem materias educit. Et mū
dificat renes ab omnibꝰ ſuperfluitatibꝰ et ꝓuocat
vrinā fortiter. et frangit lapidem in renibꝰ et ve
ſica et neqꝫ pmittit materiā figi in eis neqꝫ lapi
dem cōdenſari. Ad hec oīa potus ex ſemine ꝛ flo
ribus geneſte factus cōferre habet iſto modo
Rx florꝫ geneſte et ſeminis eius et ſeminis ani
ſi et feniculi añ. m ʒ. radicū ſpargi et petroſilini
añ. i. ʒ maſtices. i. ʒ. fiat omniū decoctio in vino
et aqua añ lib. i. ad cōſumptionem tercie ptis et
colatum dulcoretur cū melle roſ et fiat potus ſu
mendus ut ſup. Item valet ad apoſtema ſple
nis Item aqua decoctionis florꝫ et ſeminis eiꝰ
cū aqua plantaginis valet cōtra diſſinteriā. Et
fomentū ex tali factū valet ad cōſtringendum
fluxum menſtruorꝫ Pandecta.



## Gramen Graſʒ

Gramen eſt frigidū et ſiccū in principio primi gradus. Aqua decoctionis eius et radic̄ petroſi limi valet cōtra diſſuriā ſi bibatur et frāgit lapidem et curat vulnera veſice et ꝓuocat vrinā et ē cōglutinatiua et curat reuma vētris. Itē ſuccus graminis vulnera recētia dū ſūt ſanguinolenta cōglutinat. ſed ſemē eiꝰ ꝓuocat vrinā ⁊ deſiccat q̄d currit ad ſtomachū ⁊ inteſtīa ex hūiditatibꝫ

et virtus eius eſt deſiccatiua ſine ſtipticitate.
Item radix eius eſt ſangwinentorum vlcerū cōſoli
datiua. ipſa radix cū ſucco eius deſup catbaplaſ
mata ad id cōfert. Itē ēlixatura graminis decoctio
nibus veneris et diſſiue medicatur vulnera veſi
ce optime curat et calculos frangit et vrinā ꝓ
uocat. Canes quādo volūt ſe purgare hāc her
bam manducāt. Item in ſplenis dolore valet vi
num decoctionis graminis et ſcolopendrie et ra
dicis fraxini cū parū zuccari miſcendo et potū talē
adminiſtrādo. Sed talis decoctio ſine zucaro va
let ipſi ſplenī ab extra applicando ipm̄ ſplenē fo
mentando inde mox ſentiet beneficiū Pandecta
capitulo de gramine. Et Auicenna eodē capl'o di
cit Gramen facit coherere plagas ſeu vulnera
ſanguinea. Et decoctio eius cū diptamo et ſemi
ne petroſilini et ſaxifrage .i. vino extrahit lapi
dem. Et ſemen eius in vino decoctū vel aqua ꝓ
uocat vrinam ꝓuocatione forti et abſcindit vo
mitū et fluxū ventris Pandecta auctē galiem.
Item ſuccus graminis cū parū abrotani pulue
riſati et parū mellis in potu datus valet contra
vermes ſeu lūbricos a ꝓprietate. Sed ab extra
valet ſuccus eius cū felle thauri mixtus mteſtis
na vngendo. Itē ſuccus graminis cū herba z pa
rum aceti valet cōtra ignem ſacrum.

## lxxi



## Hermodattulus zytloſz

Hermodattulus eſt herba que floreſcit in fine autũni·et quidẽ habet florem albũ et quidẽ ad nigredinem declinantẽ· et eſt quidã dattulus habens florem rubeũ·ſed albũ florẽ deferens ẽ melior·alij ſũt tanq̃ venena·Et eſt calidũ et ſiccum citra ſcđm gradũ Auicẽna ſcđo libro·ca· de hermodattulo·Et ſolutione educit flecma a iũcturis·et eſt medicina cõferens arthetičas paſſionibus·Et qꝛ nocet ſtomacho et nauſeam pſtat et

ventoſitates impregnat. ideo valet radici hers
modattuli miſcere zinziber et maſticē et ciminū
et doſ eius eſt a ʒ .ij. ad ʒ .v. Meſue. Hec radix ſi
crude comedatur occidit ſtrangulando ſicut fun
gus occidit Serapio eodē capſo. Ne aliquis ers
ret comedendo radicē hermodattuli loco cepa
rū que eſt dulcis et delectabilis ſaporis. Et radix
cōfert illis comedentibus fungos malos. eſt eis
ſummū remediū. Itē albus eſt bonus podagre
ſed rubeus occidit Serapio. Item cōfirmat Me
ſue. Et radix hermodattuli pulueriſata exſiccat
vlcera antiqua et abſtergit ea cū paru melle mi
ſcendo. et eſt cali. et ſic. in tercio Meſue. Et radix
hermodattuli valet variol. Et melior ex eo eſt
qui eſt albus extermis. Niger vero et rubeus ſūt
ambo interficiētes. et eius radicis minus vſus
facit cōmouere ſanguinē et inducit eius aduſtio
nem et nocumentūm agnū et egritudines ſicut eriſ
ſipilam in capite et alijs ptibus corporis Serapio
Item radix eius habet virtutē attrahendi cōſus
mendi et diſſoluendi. Et aqua femculi decoctio
nis radicis hermodattuli valet in yliaca et colis
ca paſſionibus febre nō exiſtente acuta Et pul
uis radicis eius valet benedicte laxatiue miſcē
do purgando humores in articulis peccantes.
Et puluis eius cū ſapone valet fiſtulis impos
nere Platearius.



# Juſquiamus Bilſenkrut

Juſquiamus eſt frigide et ſicce cõplexionis. Et ex eo deterius ẽt fraudulentius eſt nigrũ deinde rubeũ. ſed albũ eſt magis incolume. et eſt id qđ adminiſtratur. Si autem non reperitur albũ adminiſtretur rubeum et alienetur nigrũ ſemper. Nigrũ eſt frigidũ et ſiccũ in fine tercij. et albũ in principio ipſius Auicẽna caplõ de iuſquiamo. Et eſt ſtupefactiuũ et abſcindit fluxũ ſanguis. et ſedat ſua ſtupefactione dolores percuſſos. et

ſedat dolorē apoſtematū calefactoꝝ ꝑter naſe
taliter.ideo valet eriſipile eius ſuccus cū parum
aceti. Et ſuccus eius cū furfure tritici et paꝝ ace
ti valet ↄtra inflamationē et dolorem teſticuloꝝ. Et
ſuccus iuſquiami cū ſucco herbe paliſis cū quo
epithimetur locus doloroſus artetice paſſionis
et magnū ꝓſtat iuuamentū. et bibatur. ʒ. j. de ſe
mine albo cū ydromelle ante et eo melius vale
bit. Item ſuccus vel oleū eius ſedat dolorem au
ris tepide impoſito. Et ſuccus eius cū aceto vel
vinū decoctionis eius cū aceto et pirretro valet
dolori dentiū. Et ſuccus eiꝰ cū aqua roſaꝝ appli
catus fronti inducit ſomnū. Et ſi ex folijs ipſius
comedatur aliquid ↄturbat rationē. Itē ſuccus
folioꝝ ipſius linitus ſup oculos ſedat eoꝝ dolo
res et ꝓhibet fluxū humoꝝ ad oculos. Et fit ex
folijs iuſquiami emplaſtrū cū parū aceti valet
apoſtematibꝫ mamillarū. Et eius ſuccus cū fo
lijs iuſquiami mixtū in modū peſſarij valet dolo
ri matricis et abſcīdit fluxū menſtruoꝝ. Item
vſus eius eſt venenū quo ratio perturbatur et de
ſtruit memoriā et inducit inaniam. Item contra
inſtantiā vigiliarū in acutis febribꝫ valꝫ indu
cere ſomnū fomentando pedes et tempora cum
aqua decoctionis folioꝝ iuſquiami ſed ad fron
tem addatur lac mulieris cū albumine oui et pa
rum aceti. Platearius.



# Iſopus yſop

Iſopus alius eſt montanus alius in ortis rep=
tus calidus eſt et ſiccus in tercio gradu. Confert
pectori et pulmoni et cōtra aſma et tuſſim anti=
quā. Decoctio yſopi et yreos cū ficubꝫ ⁊ liquiri=
cia iſto modo. ℞. foliorꝫ yſopi melliſſe añ. m. j. ra
dicū yreos ⁊ liliȷ añ. ℥. ij. liquiricie enule campa=
ne añ. ℥. j. ficuū numero. ix. omniū cōtuſorꝫ fiat de
coctio in vino et aqua añ. lb. j. ad cōſumptionē
tercie ꝑtis colatū dulcoretur cū zucro vel melle

deſpumatõ ẽt fiat potus ſumendus mane et ſe-
ro tepide ꝓ qualibet vice in quãtitate medii ci-
phi quo cõſumpto ſequentes pillule ſumãtur.
℞. maſſe pillulaꝝ de agarico. ℈. ii. maſſe pillula-
rũ agregatiuaꝝ. ℈. i. agarici. ℈. ſ. ſalis gẽme g̃. i
miſce cũ ſiropo de yſopo et fiat pillule. ix. Dein-
de ſumãtur diayſopũ vel diapraſſiũ vel diadra
gantũ calidũ ꝓ cõfortatiuis. hec oĩa valent p̃-
dictis diſcraſijs a cauſa frigida ꝓuenientibꝰ. Itẽ
vinũ decoctionis yſopi et ficuũ ſiccarũ et liqui-
ricie valet cõtra tuſſim frigidã. Vinũ etiã deco-
ctionis yſopi et ficuũ et ſeminũ feniculi petroſi-
lini valet dolori ſtomachi et inteſtinoꝝ. Et ſi cũ
his decoquitur arthimeſia mundificat matricẽ
a ſuis ſupfluitatibꝰ frigidis. Et fomentũ factũ
ex decoctione foliorum yſopi et arthimeſie ⁊ abro
tani in vino valet matrici a ſuis ſupfluitatibus
mũdificando et abſtergendo. Item cõtra catarrũ
frigidũ et caſũ vuule fiat gargariſmus ex deco-
ctione yſopi et floꝝ roſaꝝ et piretri cum vino et
parũ aceti. poſtea vuula ſubleuetur cũ digito⁊
ſup ſpergat' puluis zinziberis et piretri Auicẽ-



# Ireos vel yris ſwertelwortzel

Iris et yreos cõueniunt in folijs et differunt in floribꝰ·vñ ṽſus· Iris purpureũ florẽ gerit yreoſ albũ·Gladiolus croceũ ſed ſpatula fetida nullũ Calidũ et ſiccũ eſt in fine tercij· Radice vtimur in medicinis· Et vna radix pro alia poteſt po= ni Platearius· Virtutem habens diureticã diſ= ſolutiuam ẽt aperitiuam·ideo valet cõtra opila= tionem ſplenis et epatis renum ẽt veſice et con tra vicium pectoris et pulmonis et ſtomachi et

inteſtinoꝝ et ventoſitate et otra ydropiſim ex cauſa frigida ꝓbus omnibꝫ diſcraſijs ꝓdeſt vi num decoctionis radicis yreos et yſopi et ſemi nū feniculi petroſilini aniſi liquiricie cū parum mellis deſpumati miſcendo. Item pulvis radicis yris ꝓdeſt vlceribꝫ putridis qꝛ carnē mortuā et putridam et ſupfluam corrodit. Ex puluere ra dicis yreos et thutie cū aqua roſaꝝ vel feniculi fiat collirū et valꝫ ad pānū oculoꝝ. Habet etiā virtutē abſterſiuā et mundificatiuā et digeſtiuā ideo ſuccus radicis eius et parū pulueris eſule cū aqua mellis miſcendo purgat flecma groſſuꝫ et educit ipm. Et aqua decoctionis radicis yre os cū parū ellebori albi et ceruſe faciem mūdifi cat eius pannū et lentigiones auferendo. Itē ſuc cus radicis yreos mixtus cū melle rob. vel pul uis radicis eius cōfert vlceribꝫ ſordidis et fa cit naſci carnē in fiſtulis et alijs vlceribꝫ. Item pulvis radicis eius cū auxugia porci mixtus le nificat duricies et apoſtemata groſſa et ſcrofu las. Item eius oleum valet in ſpaſmo et paraliſi et ſciatice et cōtritiōi lacertoꝝ. Itē aperit etiā oſtica venaꝝ emoroidaꝝ ꝛ aufert gomorreā et pollutionē et ꝓuocat mēſtrua cū vino deco ctionis eius. Item eius oleū cū oleo roſaꝝ et pa rum aceti remouet ſodam. Et pulvis eius facit ſternutationem Auicēna.



# Juniperus wecholter

Juniperus eſt calidū et ſic· in tercio gra· Cū repe ritur in receptis fructus intelligitur· hab; autē vir tutē diſſoluendi et ꝯſūmendi· Et val; cōtra fluxū ventris ex ſtāmonea vel alio acuto laxa⸗ tiuo adherente villis ſtomachi et inteſtinorū· fiat decoctō Juniperi in aqua pluuiali et patiēs ſe ſubmergat in tali aqua uſq; ad vmbilicu;· Et vinū decoctōis Juniperi et radicis yreos con⸗ fert ſtranguirie et diſſurie et yliace paſſioni·

Item oleū Iuniperi efficaciſſimū eſt cōtrā quar=
tanā ex melancolia. Detur oleū in quātitate ʒ. ſ
in cibo vel alio mō materia digeſta. Vngātur eē
ptes dolentes in yliaca et ſtranguiria paſſionib.
Et cōtra epilenciā vngatur ſpina dorſi. Idē valꝫ
cōtra quartanā ut ſupra vngendo ſpinā dorſi et
pulſuꝫ manuū an̄ paroxiſmū p horā. Itē valꝫ etiā
oleū Iuniperi cōtra viciū lapidis inciatur p ſi=
ringam. Cōtra aſma inueteratū ex frigida cau=
ſa. Dentur fructus cū ficubus ſiccis. Vel detur vi=
num decoctōis fructuū Iuniperi et ficuū ſicca=
rū ꝛ liquiricie. Platearius. Oleū etiā valꝫ cōtri=
tioni lacertoꝝ et doloribꝫ pectoris et in tuſſi cum
oleo amigdulaꝝ dulciū inuncam pectoris circa
ignē vngēdo. Oleū etiā ipius valꝫ doloribꝫ iun=
cturarū. Vinū decoctōis iuniperi apit opilacō=
nes circa ſtomachū factas et matricis et cōfert
doloribꝫ eius. Et fomentetur matrix cū decoctōe
iuniperi et arthimeſie et radicis yreos ꝛ mūdifi=
catur matrix, puocādo menſtruū. Oleū expellit
nocumentū puncture animaliū venenoſoꝝ vn=
gendo locū puncture ipo oleo. Auic. eod. caplo.



**Iringus** **kruſʒ diſtel·**

Iringus eſt calidus et humidus in primo et hu
miditas amplior eſt caliditate ſua· Et vſus radi
cis in melle condite multū augmētat ſperma et
auget in coitu ꝛ ad virge erectōnē ꝛ p̄ſtat bonū
nutrimentū· Serap̄·e·c· et Auic̄· Et radix yringi
cū aliquāli ſpecie aromatica ꝯmeditur aut cum
melle aut ʒucro et cinamomo conficiatur· Irin=
gus eſt ſpecies ſpine cuius folia apponantur
oleribꝫ et melius p̄ſtant nutrimentū· Et virtus

radicis yringi eſt ſicut virtus baucie ſiue pa-
ſtenace domeſtice. Item radix yringi id eſt ſecacol
cruda cōmeſta curat geomorrea. pandecta. e. c.
Et folia yringi et plantaginis in aqua et aceto
cocta cōferūt inflacōm ſtomachi et apoſtemati-
bus oculi et aliis apoſtematibus calidis. Et q̄dā
dicūt q̄ flos huius herbe cuius color ē purpu-
reus ſi bibatur aqua decoctōis eius cōfert ſqui-
nancie et epilēcie que accidit infantibus. Et ſuc-
cus eius inunctus ſup apoſtemata calida ſum-
borum ſedat eorum pulſū ſeu pulſacōem. pandecta
Et q̄n bibitur ſuccus radicis yringi albi coloro-
ris puocat vrinā et menſtrua diſſoluit inflacō-
nes et torcōnes ſtomachi. Et q̄n bibitur cū vino
decoctōis radicis eius valēt dolori epatis et mor-
ſibus venenatis. pandecta. Itē ſerapio dicit ve-
rum yringium tpe veris in ſummitate eius deferi-
re florē cuius color eſt ſicut color violarū niſi q̄
ſūt maiores eis. et q̄n cadūt flores hz ſemē in q̄n-
titate ciceris plenū humiditate nigrū dulcis ſa-
poris. Serapio eodē caplo.



## Lilium Lilgen

Lilium eſt calidū et humidum in primo et eſt do=
meſticum cū albis floribus. valet ad apoſtema=
ta frigida maturāda cū auxugia et oleo tritū et
coctum et ſuperponatur. Itē radix lilij cū radice
brance urſine et radice altee mutuo cocte cū vi=
no et coletur et colature addatur cera et oleum.
aā q ſufficit et fiat vngentum contra vicium
ſplenis et duriciem eius. Et radix lilij domeſtici
cum aceto mutuo conquaſſata valet contra

malum mortuum ſiue ſcabiem malam ipſam vn
guento. Et virtus radicis eſt que deſiccat deſiccatis
one temperata et abſtergat abſterſione tēpe
rata. Et radix mūdificat et maturat Itē radix lilij
et radix altee mutuo bulita in aqua in modum
pultis cū butiro mixta in modū emplaſtri valꝫ
poſſime in paſſionibꝫ pectoris tale emplaſtrū
pectori tepide applicandum erit in aſmate vel in
tuſſi ſicca, ꝑ mollificacōe materie flecmatice i pe
ctore vel pulmone peccātis ut eo facilius potes
rit ꝑ viam ſcreatus eam euacuare Itē radix lilij
cū aceto cocta ſeu aſſata maxime valet in cōbu
ſtione ignis vel aquē calide. Iteꝫ oleū lilij valet
ad remouendum tinitum auriū et ad ſedandum
dolorem auris. vn̄ ponatur parua quātitas eius
olei tepefacti in aurem ⁊ ꝓderit. Item radix lilij
domeſticē eſt bona ad maturandū oīa vlcera ⁊
mollificat durices matricis et ꝓuocat menſtrua
et oleū lilij reſoluit ſine mordicacōne ⁊ mollificat
Ideo confert duricie matricis ipſam matricem
vngendo cū vngento ſupius dicto de aſmate vl'
de tuſſi ſicca. vel cū radice lilij aſſata cū oleo lini
et butiri fiant peſſaria ſuo modo applicanda et
valebit multum. Pandecta Serap. Plateanus.



## Lupulus. Hoppen.

Lupulus eſt calid᷒ et ſiccū in p̄mo gradu ad fri=
giditatē declinās. Eſt aūt ſedatiuus dolorꝫ cali=
dorum et extingˀtiuus īflāmacōnū et lenitiuus.
Indiget rectificacōne quia aperit orificia vena
rum ꝓpter qd̄ miſcendū eſt ei aliquid ex dragā=
to aut maſtice et rectius qd̄ vigorat eius opati
onē eſt aqua caſei cū ſpica et maſtice. Pandecta.
c. de volubili Lupulus educit ſolucōe colerā ci=
trinā et mundificat ſanguinem ab ea et clarificat

ipm et ſedat inflāmacōem eius. Et offert ei iu-
uamentū magnū infuſio lupuli in aqua caſei. Et
ſyropus lupuli remouet ictericiam et cōfert in
ydropiſi a cauſa calida. Iſto modo fiat ſiropus
℞. ſucci lupuli et endiuie et ſcolopendrie añ.
lb. i. florū violarū et boraginis vuarū paſſula-
rū añ. m. i. ſeminum aniſi ordei. q̄tuor ſeminum
frigidorꝫ maiorꝫ. añ. ℥ ß. aceti vini albi. ℥. i. oim
fiat decoctō ad ↄſūptionē medietatis colatum
dulcoretur cū zucro albo et fiat potus quo uta-
tur mane ⁊ ſero ut decet. poſtea ſumātur pillule
tales. ℞. maſſe pillularum de reubarbaro. ʒ. ii.
